



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 13. Ven. Joannes a Cruce primus Carmelita Discalceatus, & Franciscus Solanus Ord. FF. Minorum Beatorum Albo ab eodem Pontifice inserti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

membris, quæ verecundia detegere Sæc. XVII.
prohibet, non minus fœdo, quam cru- A. C. 1675.
deli vulnere præcisis, tandem conjun-
ctis dorsis nudi, ac dilaniati suspendio
necati sunt: Ex his erant undecim
Franciscani, scilicet Nicolaus Picchius
Guardianus, Hieronymus Wertensis
ejusdem Vicarius, Willehadus, Nica-
sius Hefius, Theodoricus Emdenus,
Antonius Wertensis, Godefridus Mer-
vellanus, Franciscus Bruxellensis, An-
tonius Hornariensis Sacerdotes, & Pe-
trus Aschanus Laicus, necnon Anto-
nius Tertiarius. Hos omnes novemde-
cim in odium fidei trucidatos, & mi-
raculis claros Clemens X. Pontifex hoc
anno maximis impensis, ingentique
pompa Beatorum Martyrum numero
adscript.

§. XIII

*Ven. Joannes a Cruce primus Car-
melita Discalceatus, & Franciscus
Solanus Ord. FF. Minorum Bea-
torum Albo ab eodem Ponti-
fice inserti.*

Majore adhuc solemnitate idem Pon- Bull. Car-
mell tom. 3.
Menalog.
Franc.
pag. 1453.
tifex hoc anno die vigesima quinta
Aprilis Venerabili Joanni a Cruce pri-
mo Carmelitarum Discalceatorum Pa-
renti

Sæc. XVII. renti publicos Beatorum honores ad
A. C. 1675. preces Caroli II. Hispaniæ Regis, &
 Mariæ Annæ ejus Matris, totiusque
 Ordinis Carmelitani decrevit: cum e-
 nim jam anno priori die vigesima quinta
 Septembris Sacræ Congregationis Pa-
 tres coram summo Pontifice retulissent,
 quod post maturam juxta & diuturnam
 discussionem de vitæ ejus sanctitate, &
 virtutibus heroicis, necnon de tot tam-
 que luculentis constaret prodigiis, ut
 quandocunque Sanctitati suæ videretur,
 ad solemnem ejusdem Servi Dei
 Canonisationem procedere posset, hinc
 Pontifex interim die vigesima quinta
 Januarii edito diplomate Apostolico
 indulgit, ut prædictus Dei famulus deinceps
 Beati nomine nuncuparetur, ejus-
 que Corpus & reliquiæ veneratoni fi-
 delium exponerentur. Eadem die Cle-
 mens X. Papa post legitimum examen
 de vita ejusque miraculis in Curia Ro-
 mana institutum supplicantibus Catho-
 lico & Peruano Regibus, totoque Clero
 in Vaticana D. Petri Ecclesia Venerabi-
 lem Franciscum Solanum Ord. FF. Mi-
 norum de Observantia Beatis Cæli In-
 colis solemni ritu adjudicavit.

§. XIV.

§. XIV.

Sæc. XVII.
A. C. 1675.*Ejusdem summi Pontificis Constitutiones Apostolicæ.*

Præter hæc Beatificationis diplomata idem summus Pontifex hoc anno plures edidit Constitutiones, quarum præcipuas referimus: præprimis igitur Constitutionem numero centesimam decimam sextam revocans tam Capucinis, quam tertiariis in Gallia dedit potestatem sæculares utriusque sexus ad tertium S. Francisci ordinem juxta usum receptum admittendi. Die etiam decima septima Julii omnibus utriusque sexus Carmelitis indulgit, ut semel in Mense Officium S. Mariæ Magdalenæ recitare valeant: Præterea ad preces Cardinalium Protectorum decretum promulgavit, vi cujus prohibuit, ne Itali in Collegium Germanico-Hungaricum Romæ admitterentur, sed duntaxat illi, qui qualitates habent in Bulla foundationis & Constitutionibus requisitas: simul etiam confirmatis ejusdem Collegii privilegiis atque exemptione Episcopum Laudensem reprehendit, eoquod hic in quoddam Ord. S. Benedicti desertum Monasterium Ducatus Mediolanensis, quod Gregorius XIII. præfato Collegio donaverat, jurisdi-

Bull. magn.
Clem. X.
Bullar.
Carmel. t. 2.*Hist. Eccles. Tom. LXIV.*

C

risdi-